Omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint
Salutem:

Cum Gradus Universitatis instituti fuerint ut Viri de Literarum Republica bene meriti, seu nostræ Almæ Matris Gremio educati, seu bonarum Artium Disciplinis aliunde eruditi a Literatorum Vulgo secernerentur —

Sciatis quod

Nos Præfectus Vice Præfectus et Professores Universitatis Pennsylvaniensis Gradu Doctoris in Arte Medica libenter concesso Testamur quanti fecimus Virum Probum Thomam Boutillier in Artis Medicæ Scientiâ plenius instructum, cujus Mores benevoli cum omnibus iis Artibus quæ optimum quemque ornant, nos illi devinxerint, Eundem idcirco virum honorabilem et ornatum Thom^us^ Boutillier omnium suffragiis Doctorem in Arte Medica creavimus et constituimus, eique, hujus Diplomatis virtute, singula Jura, Honores et Privilegia ad illum Gradum inter nos, aut alibi Gentium pertinentia sincero corde concessimus.

In cujus rei Testimonium sigillum Universitatis majus hisce Præsentibus apponi fecimus, Nominaque subscripsimus

Datum Philadelphiæ, Die Mensis Aprilis decimo Annoque Salutis humanæ, Millesimo Octingentesimo et decimo septimo —

Fredericus Beasley Præfectus
R. M. Patterson M. D. Vice Præfectus

Casparus Wistar M. D. Anatomes Professor
Philippus Syng Physick M. D. Chirurgiæ Prof^r.
Johannes Syng Dorsey M. D. Mat: Med: Prof^r.
Johannes Redman Coxe M. D. Chemiæ Prof^r.
N. Chapman M. D. Inst: et Prax: Medicin: et Clin: Prof^r.
Tho: C. James M. D. Art: Obstet: Prof^r. —

True Copy
T. Boutillier M. D —

RG 4, B 28, vol. 49 (pages 558-860)
MEDICAL LICENCE applications, Quebec and Lower Canada

PUBLIC ARCHIVES
ARCHIVES PUBLIQUES
CANADA